

12. Quis collectas, decimas, taleas, præstantias, & alia onera Clericis, Prælati, & aliis personis Ecclesiasticis ac eorum, & Ecclesiarum, Monasteriorum, & aliorum Beneficiorum Ecclesiasticorum bonis illorumque fructibus, redditibus & proventus hujusmodi abque simili Romani Pontificis speciali, & expressa licentia imponit, & diversis etiam exquisitis modis exigunt, aut sic imposta, etiam a sponte dantibus, & concedentibus, recipiunt: Neque non qui per se, vel alios directe vel indirecte prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdem auxiliari, consilium, vel favorem præstare non veretur cuiuscumque sint præminentie, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiam Imperialis, aut Regali præfulgentis dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones & alii Potentatus quicumque etiam Regnis, Provinciis, Civitatibus, & Terris quoquo modo Præfidentibus, Consiliariis, & Senatoribus, aut quavis etiam Pontificali dignitate insignitis. Innovantes decreta super his per sacros Canones, tam in Lateranensi novissime celebrato, quam in Concilio generalibus edita, etiam cum censuris, & poenis in eis contentis.

19. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscunque Magistratus, & Judices, Notarios, Scribas, Executores, Subexecutores, quomodolibet le interponentes in causis capitalibus, seu criminalibus contra personas Ecclesiasticas, illas procedendo, hauriendo, capiendo, vel sententias contra illas proferendo, vel exequendo, sine speciali, specifica, & expressa licentia Sanctæ Sedis Apostolicæ licentia, quique hujusmodi licentiam ad personas, & casus non expressos extendunt, vel alias illa perperam abutuntur, etiam si talia committentes fuerint Consiliiarii, Senatores, Præfidentibus, Cancellariis, Vicecancellariis, aut quovis alio nomine nuncupati.

20. Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui per se, vel alios directe, vel indirecte sub quocunque titulo, vel colore invadere, destruere, occupare, ac detinere præsumpserint, in totum, vel in partem, Almam Urbem, Regnum Siciliae, in Insula Sardinia, & Corsica, Terras citra Pharam, Partimonium B. Petri in Thracia, Ducatum Spoletanum, Comitatum Venaphium, Sabinensem, Marchiam Anconitanam, Massæ Thebaricæ, Romandiolæ, Campaniæ, & maritimas Provincias, illarumque Terras, & loca, ac Terras, specialis commissionis Arnulphorum, Civitatem nostras Bononiæ, Cælenam, Ariminum Beneventum, Perusinum, Avinionem, Civitatem Castellæ, Tudertum, Ferrariam, Comacinum, & alias Civitates, Terras, & loca, vel jura ad ipsam Romanam Ecclesiam pertinentia, dictæque Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecta, nec non supremam jurisdictionem in illis Nobis, & idem Romanæ Ecclesiæ competentem de facto usurpare, perturbare, retinere, & vexare variis modis præsumunt, nec non adhaerentes, fautores, & defensores eorum, vel illis auxilium, consilium, vel favorem quomodolibet præstantes.

21. Volentes præsentibus nostris processibus, & quæcumque his litteris contenta, quocunque alii hujusmodi processibus, a Nobis, aut Romano Pontifice pro tempore existente fieri aut publicentur, durare, seuque effectus omnino foris.

22. Ceterum a prædictis sententis nullus per alium quam per Romanum Pontificem, nisi in mortis articulo constitutus, nec etiam tam, nisi de stando Ecclesiæ mandatis, & satisfaciendo cautionibus præstitis, absolvi possit, etiam præterit quorumvis facultatum, & indulgentiarum quibuscunque Ecclesiasticis, secularibus, & quorumvis Ordinum, etiam Mendicantium, ac Militarium Regularium etiam Episcopali, vel alia majori dignitate præditi, ipsique Ordinibus, & eorum Monasteriis, Conventibus, & Dombibus, ac Capitulis, Collegiis, Confraternitatibus, Congregationibus, Hospitalibus & locis piis, nec non laicis, etiam Imperiali, Regali, & alia mundana excellentia fulgentibus, per Nos, & dictam Sedem, ac cujusvis Concilii Decreta, verbo, litteris aut alia quocunque scriptura in genere, & in specie concesserunt, & innovatorum ac concedendorum, & innovandorum.

23. Quod si forte aliqui contra tenorem præsentium talibus excommunicatione, & anathemate, laqueatis, vel eorum alicui absorptionis beneficium impendere de facto præsumpserint, eos excommunicationis sententia innotuam, gravius contra eos, spiritaliter & temporaliter, prout expedire noverimus, processuri.

24. Declamantes, ac procellantes quancunque abolitionem, etiam solemniter per Nos faciendam, prædictis excommunicatis sub præsentibus comprehensionibus, nisi prius a præmissis, cum vero proposito ulterius similis non committent, delictis. Ac quoad eos qui contra Ecclesiasticam libertatem, ut præmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinationes, constitutiones, pragmatice, & decreta hujusmodi publice revocaverint, & ex Archivis seu capitularibus locis, aut libris, in quibus annotata reperiuntur, deleri & cassari, ac Nos de revocatione hujusmodi certiores fecerint, eos non comprehendere, nec eis aliter suffragari, quin etiam per hujusmodi abolitionem, aut quoscunque alios actus contrarios, tacitos, vel expressos, ac etiam per patientiam, & tolerantiam nostram, vel successorem nostrorum quancunque tempore continuatum, in præmissis omnibus & singulis, ac quibuscunque jurius Sedis Apostolicæ ac S. R. E. undecumque, & quancunque quæsitis, vel querendis, nullatenus præjudicari posse aut debere.

25. Non obstantibus privilegiis, indulgentiis, indulgiis, & litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, supradictis, vel eorum alicui, seu aliquibus aliis cuiuscunque ordinis, status, vel conditionis, dignitatis, & præminentie fuerint, etiam si ut præmittitur, Pontifici, Imperiali, Regali, seu quavis Ecclesiastica, & mundana præfulgentis dignitate, vel eorum Regnis, Provinciis, Civitatibus, seu locis a prædicta Sede, ex quavis causa, etiam per viam contractus, aut remunerationis, & sub quavis alia forma, & tenore, ac cum quibuscunque clausulis, etiam derogatoriis derogatoris concessis, etiam contentibus, quod excommunicari, anathematizari, vel innotentibus, quod excommunicari, anathematizari, non facientes terdici non possunt, per litteras Apostolicas non facientes ple-

plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de privilegiis, indulgentiis, & indulgiis hujusmodi, ac de ordinibus, locis, nominibus propriis, cognominibus & dignitatibus eorum, mentionem, nec non consuetudinibus, etiam immemorabilibus, ac prescriptionibus quancunque longissimis, & aliis quibuscunque obervantiis, scriptis, vel non scriptis, per quos contra hos nostros processus, ac sententias, quominus includantur in eis, le juvare valeant, vel tueri.

Quæ omnia quoad hoc, eorum omnium tenores, ac si ad verbum, nihil penitus omis, inferentur, presentibus pro expressis habentes, penitus tollimus, & omnino revocamus, ceterique contrariis quibuscunque.

26. Ut vero præsentibus nostris processibus ad publicam omnium notitiam facilius deducantur, chartas, seu membranas processus ipsos continentes, valvis Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum de Urbe appendi faciemus, ut ii, quos processus hujusmodi concernunt, quod ad ipsos non pervenerint, aut quod ipsos ignoraverint, nullatenus possint executionem prætere, aut ignoratum, allegare, cum non sit verisimile, id remanere incognitum, quod tam patenter omnibus publicatur.

27. Insuper, ut processus ipsi, & præsentibus litteræ, ac omnia, & singula in eis contenta eo fieri notoria, quoniam plebique Civitatis, & locis fuerint publicata, universis, & singulis Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorum Ordinariis, & Prælati ubilibet constitutis, per hæc scripta committimus, & in virtute sanctæ obedientiæ districte præcipimus mandamus, ut per se, vel per alium, seu alios præsentibus litteras, postquam eas repererint, sit earum habuerint notitiam, semel in anno, aut si expedire viderint, etiam pluries in Ecclesiis suis, cum in eis major populi multitudo ad divina conveniret, solemniter publicent, & ad Christi fidelium mentes reducant, nuntient, & declarent.

28. Ceterum Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, alique locorum Ordinarii, & Ecclesiarum Prælati, nec non Rectores, ceterique curam animarum exercentes, ac presbyteri, & quorumvis Ordinum Regularis, ad audiendas peccatorum confessiones, quavis auctoritate deputati, transumptum præsentium Litterarum penes se habeant, casque diligenter legere, & percipere studeant.

29. Volentes earundem præsentium transumptis, etiam expressis, Notariis publici manu scriptis, & sigillo Judicis ordinarii Romanæ Curie, vel alterius personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eandem prorsus fidem in judicio, & extra illud ubique locorum adhibendam fore, qui ipsos præsentibus adhiberent, si esse exhibita, vel offensa.

30. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ excommunicationis, anathematizationis, interdictionis, innovationis, innotationis, declarationis, protestationis, sublationis, revocationis, commissiois, mandati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursum.

31. Quamvis Decreta circa materias hæcenus tractatas emanantia a Sacra Congreg. Rit. R. Sequentia 361. sunt mihi communicata.

DECRETA

Sacra Congregationis Rituum.  
 2057. Cogsecrator Ecclesiæ post in actu consecrationis statueret aliam diem pro anniversario ejusdem consecrationis. 19. Febr. 1585. ante institutionem Congregationis sacrorum Rituum.

1. Dedicatio festum extra actum consecrationis non potest amplius mutari ab Episcopo inconsulta Sede Apostolica. 16. Octobris 1604. (1)

(1) Hæc præsentibus alia Decreta, qua ex Merati Indice T. 2. Juvatis exhibentur. Dum Episcopus in Consecratione Ecclesiæ non elegit diem, sed consecravit eam die 8. mensis Febr. Anniversarium Dedicatiois debet celebrari in futurum die, qua hæcenus consuetum est celebrari. 20. Nov. 1668. Si consistat de Consecratione, & ignoretur dies, postquam Ordinarius assignare diem pro festo prædicti celebratione. 18. Augusti 1629.

3. Si Ecclesiæ dedicatio occurrit in festo Nativitatis Virginis Mariæ, fiat de ea, Missæ due cantentur (2), & infra Octavam fiat de digniori. 16. Octob. 1604.

(2) Et due Missæ possunt eadem die cantari. Ita Decretum anno apud Meratum in Rit. T. 2. num. 17.

4. Dedicatio Ecclesiæ Cathedralis celebranda quidem est in Diebus festis sub ritu duplici primæ classis, sed sine Octava. 11. Maii 1619. (3)

(3) Hic plene verbis referuntur a Meratio Decretum. Quæpost ter hæc editioni standum, non Directoris Lodiensis de quo Laværo infra num. 2061. Festum autem Dedicatiois altarum Ecclesiarum a Cathedrali celebrandum est tantum in ea Ecclesiis, ubi Consecratio dies peragitur. 18. Aug. 1619.

5. Regulares tenentur quidem celebrare festum de dedicatione Ecclesiæ Cathedralis, sed sub ritu duplici secundæ classis sine Octava. 8. Aprilis 1662. (4)

(4) Imo vero 1. Aprilis, die 8. ejusdem mensis approbante Alexandro VII. Moniales Ordinarii subijctæ non debent recitare Officium de Octava Dedicatiois Ecclesiæ Cathedralis, nec possunt ad libitum, & tantum tenentur prædictum Officium recitare sub Ritu duplici secundæ Classis sine Octava. 11. Febr. 1702.

6. Regulares tenentur celebrare sub ritu duplici primæ classis cum Octava festum de dedicatione, & de titulari Ecclesiis illius Conventus, in quo morantur. 3. Junii 1681. (5)

(5) Eodem modo 13. Junii 1682. Item hæc addenda ex eodem Decreto: Et sub eodem Ritu duplici primæ Classis tenentur recitare de patrono principali loci, & de Titulari Ecclesiæ Cathedralis tantum ad Octavam autem non tenentur juxta Theol. a P. Zach. Inscr. Tom. II.

plures resoluta: De aliis autem Patronis minus principalibus non tenentur recitare, nisi sint descripti in Calendario Romano, vel in dictionum Religiosorum proprio. Ceterum de Officiis, quæ ab Apostolica Sede concessa sunt, vel concedentur recitanda ad libitum a toto Clero tam Seculari, quam Regulari, utriusque sexus in aliquo Regno, Provincia, Diocesi, si, vel loco, in quibus dicti Religiosi morantur, possunt quidem ad libitum de ipsis recitari, sed si aliquod ipsorum occurrit in die in eorum Calendario occurrere, & recitare de Sancto in eorum Calendario occurrere, ad formam Decreti declarativi alterius Decreti de Sanctis ad libitum non transmittitur, emanati die 24. Januarii 1681.

7. Eucharistia in festo Corporis Christi non est deferenda per vias Hebrazorum. 22. Febr. 1733.

8. In festo SS. Corporis Christi non sunt canendæ cantiones vulgari sermone. 21. Mart. 1669.

9. In festo Corporis Christi non est deferenda in processione Eucharistia Sacerdotum numeris, sed celebrantibus manibus. 2. Junii 1618.

10. In festo Corporis Christi deferatur Eucharistia a celebrante, & in vespere diei Octavæ, si fiat processio, deferatur ab eo, qui cantavit vespere, modo saltem sit Canonicus in Collegiatis, 18. Junii 1627.

11. Si Episcopus in festo Corporis Christi non deferat Eucharistiam, (6) Canonici tamen induant sacras vestes. 17. Mart. 1648.

(6) Adde ex Meratio T. 1. n. 227. vel non interveniat.

12. Ne fiat concio coram SS. Sacramento in Altari exposito, capite tecto. 16. Febr. 1630. (7)

(7) Vide etiam Inscr. 20. horarum a Clemente XI. editam an. 1705. Idem antra statuerat eadem S. R. C. 22. Apr. 1607, & 9. Decemb. 1621.

13. Non convenit, quod prima Dignitas celebret Missam ante processionem SS. Sacramenti, & deinde altera Dignitas minor gesserit illud in processione. 31. Junii (8) 1652.

(8) Legi 31. Julii. Hæc Decretum confirmavit Innoc. XI. in Confinitur. Alias emanavit, die 4. Junii 1689.

14. Si festum SS. Corporis Christi incidit in vigiliam S. Jo. Baptistæ, jejunium celebratur in Feria quarta proxime precedenti, de vigilia vero nihil eo anno fiat. 24. Sept. 1648. (9)

(9) Decretum hæc Urbis, & Orbis approbavit Urbanus VIII. in Confinitur. Cum eveniret 13. Octobris ejusdem anni 1638. & Clementi XI. 2. Octobr. 1706.

15. Infra Octavam SS. Corporis Christi, non est agendum de Officiis translatis ritu duplici primæ classis, non decoratis, ideo quod si festum S. Antonii Patavini, quod apud Franciscanos celebratur sub ritu duplici secundæ classis, incidit in prædictum festum de SS. Corpore Christi, transferatur post Octavam. 12. Junii 1664.

16. Recitantes ex legitima concessione Officium de SS. Corpore Christi in feria quinta pro annum non impedita, illud recitare debent, ut præscribitur in die ejusdem solemnitatis, Missam vero celebrare de communi seu votivam. 12. Jul. 1664.

17. In expositione aut repetitione SS. Sacramenti ad v. Panem de celo non additur, *Alleluia*, nisi tempore paschali, & infra Octavam Corporis Christi, 20. Jan. 1705. (10)

(10) Susceptum Decretum, quod in Regibus S. R. C. non recitetur Meratiis. Eius tenore loco hæc duo genuim adduntur. I. 5. Julii 1698. In expositione, & repetitione Sanctissimi Sacramenti non est addendum *Alleluia* ad versiculum *Panem de celo* quod Decretum noster statuit non esse intelligendum de tempore paschali, nec de diebus infra Octavam Corporis Christi. II. 10. Dec. 1740. In Officio Sanctissimi Sacramenti concessio ex Instituto Apostolico, extra tempus paschale non potest dici *Alleluia* in Responsoris Martini, & Laudum, Responsoris brevis horarum, & versiculis ad Magnificat, uti recitatur in festo Sanctissimi Sacramenti.

18. In Officio de die infra Octavam SS. Corporis Christi non legitur non lectio de festo simplicis. (11) Quod si festum illud simplex occurrerit eo die, quo fit de festo duplici illa eadem Octavam, tunc non omittitur, sed legitur non lectio de eodem simplicis, dummodo festum illud non sit duplex primæ classis. 8. Jun. 1669. (12)

(11) 8. Junii 1669.

(12) 12. Sept. 1671. Quod utramque Decretum 4. Apr. 1705. confirmavit S. C.

19. Infra Octavam SS. Corporis Christi non sunt dicendæ Missæ votivæ privatae aut de Requiem. 21. Jun. 1670. (13)

(13) Excipit Missas Cantatas mdrorum sacre corpe, & quas infra Octavam Corporis Christi permittit S. C. ex Decreto 12. Sept. 1671.

20. occurrentibus eadem die duobus festis duplicibus infra Octavam SS. Corporis Christi, non est de translatione agendum de immediate sequenti non impedita, sed post Octavam, nisi fuerit (14) ex solemnioribus primæ classis. 7. Decemb. 1680.

(14) Desunt hæc verba in Decreto apud Meratum. Sed vide a. l. iud Decretum in hæc rem. Infra Octavam SS. Corporis Christi si potest recitari Officium de duplici primæ, & secundæ Classis, etiam translato; non autem in die Octavæ, in qua nec est iam potest recitari de duplici secundæ Classis occurrente 30. Maji 1699.

21. In processionibus, quæ sunt cum SS. Sacramento, quincedunt ante illud, in occurru, & transitu a latere ejusdem, debent facere genuflexionem, dummodo videant prædictum SS. Sacramentum. 1. Mart. 1681.

22. In festo SS. Corporis Christi (15) non est faciendâ processio cum Sacramento sine pluviali. 21. Jan. 1701.

(15) Adde ex Meratio, & infra Octavam.

23. In Tabernaculo, ubi aservatur SS. Sacramentum, non sunt retinendæ Reliquiæ, nec vasa sacrorum oleorum, nec aliud. 23. Febr. 1593.

144. Solus Episcopus potest habere fenestras in Ecclesia, per quas in eam prospectus haberi possit. 19. Jan. 1614.  
 145. Potest Episcopus prohibere, ne campanæ nondum benedictæ pulsentur. 5. Jul. 1614.  
 146. Non debet (1) Regularis in Canone nominare Superiores suos ut Antifites. 12. Nov. 1615.  
 \* (1) *Eloc Decretum affertur a Gavanto in suo Indico, sed in Regeste S. C. non reperiri, testificatur Meratius.*  
 147. Regularium Superiores non possunt assignare aliquam ex Dominicis Novembris pro recitatione Officii de Patrocinio B. Virginis Mariæ, quod multis in locis premitur celebrandum in aliquo die Dominico illius mensis a locorum Ordinariis eligendo. 22. Jan. 1701.  
 148. Clavis hostiæ reposita in feria quinta Cenæ Dominicæ non est danda laico, quantumvis nobili. 30. Jan. 1616. (2)  
 \* (2) *Leg. 1616.*  
 149. (3) Canonicus hebdomadarius officium faciens debet habere locum super omnes Dignitates, & Canonicos. 17. Jun. 1616.  
 \* (3) *Non habent Indices Meratii. Idem die de 156. 157. 162. 167. 168. 172. 173. 181. 186.*  
 150. Prima Sedes in choro conceditur Hebdomadario parato tantum. 22. Aug. 1626.  
 151. Crux in processionebus deferenda est a Regularibus cum velo pendente seu pallio 14. Jan. 1617.  
 152. In personarum incensatione tota thurificatione facienda est cum unico thuribulo, si talis fit consuetudo. 21. Jul. 1618.  
 153. Collegiata simplex præcedit parochiales, etiam si antequam erigeretur, illis cederet. 23. Mart. 1619.  
 154. Canonici Ecclesiæ Cathedralis præcedunt Canonicos Collegiatæ. 10. Aug. 1619.  
 155. Prior Collegiata, si interfit in Cathedrali thurificandus est duplici ductu, sicut Dignitates, & Canonici, licet non habeat præcedentiam super illos. 19. Aug. 1619.  
 156. Potest Episcopus cogere Canonicos ad discendum cantum Gregorianum, etiam per subtractionem fructuum. 6. Maii 1620.  
 157. Regularis in celebratione Missæ possunt annunciare dies festos, & jejunia in suis Ecclesiis. 2. Jul. 1620.  
 158. In oratione, *A. cunctis*, nomina Patronorum, S. Michaelis Archangeli, & S. Joannis Baptiste, præponenda sunt Apollolis. 22. Aug. 1620.  
 159. Si in communibus Sanctorum suffragia facienda sit commemoratio de Cruce, tanquam de titulo Ecclesiæ, sufficet ea ordinaria, quæ habetur in platerio, quando scilicet Officium curat feriale. 30. Mart. 1621.  
 160. In feria sexta in Parasceve non est administranda Eucharistia nisi infirmis. 19. Febr. 1622.  
 161. Celebrans in Parasceve mittit particulam in Calicem, neque se signet cum Calice. 28. Aug. 1627.  
 162. In Officio de festo Conceptionis B. Mariæ Virginis non aliud nomen adhibetur quam Conceptionis. 24. Maii 1622.  
 163. Rubricæ de Ave Regina Cælorum, additum est *ly inclusive*, ideoque in fine Completorii diei secundæ Februar. omnia Antiphona finalia, *Alma Redemptoris*, dicenda est Ave Regina cælorum. 27. Jul. 1624.  
 164. Licet transferatur solum Purificationis B. Virginis Mariæ, atque Ave Regina cælorum dicenda est die secunda Febr. post Completorium etiam in Ecclesia propria. 11. Jan. 1681. (4)  
 \* (4) *Ad hoc Decretum statuit S. R. C. 14. Febr. 1705. in casu translationis dicti festi, a die 2. Febr. in Suffragis dicendum.*  
 \* y. Ora pro nobis Sancta Dei Genitrix, cum oratione: Concede nos famulos &c.  
 165. Regularis Ordinis Minorum, dum nominant in Orationibus, versiculis, ceterisque actibus inter divina Officia occurrentibus, S. Franciscum prædicti Ordinis Fundatorem, non debent adungere *ly de Paula*. 23. Dec. (5) 1624. Unde appareat quid in similibus sit faciendum. (6)  
 \* (5) 22. Decembris.  
 \* (6) *Universum ab Orationibus, expungenda esse cognomina, & patris Sanctorum, statutum deinde a S. C. 23. Junii 1736.*  
 166. Symbolum S. Athanasii, quod dicitur ad primam, laudabilis in choro recitari stant. 23. Dec. 1624.  
 167. Imagines illorum, qui cum sanctis seu Martyrii fama decesserunt, non sunt apponendæ in oratoriis vel Ecclesiis tam secularibus quam regularibus, antequam declarentur Beati, neque ad eorum sepulchra accendendæ sunt lampades, aut tabellæ assignendæ sine licentia Sedis Apostolicæ. 13. Mart. tibi 1625.  
 168. Non ideo præjudicandum erit in aliquo illis, qui aut per communem Ecclesiam consensum vel immemorabilem temporis cursum, aut per Patrum virorumque sanctorum scripta, vel longissimi temporis scientia, ac tolerantia Sedis Apostolicæ vel Ordinarii coluntur. 13. Mart. 1625.  
 169. Facultas concedendi usum pileoli in Missa spectat ad Patrum. 14. Apr. 1626.  
 170. Celebrans, qui distribuit Cineres, Candelas, & Ramos, detecto capite distribuat. 18. Jul. 1626.  
 171. Absente Episcopo benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis fiat ab eo, qui cantaturus est Missam. 12. Jun. 1627.  
 172. Ille idem, qui benedicit Cineres prima die Quadragesimæ, vel Candelas in festo Purificationis, aut Ramos in Dominica Palmarum, debet etiam cantare Missam sequentem. 12. Apr. 1640.  
 173. Candelæ, Cineres, Palmæ distribuuntur stant cum Mitra in capite ab eo, qui privilegium habet eam gestandi. 18. Februar. 1650.  
 174. In Missa ferie quartæ Quatuor Temporum occurrentis in die Octava Nativitatis B. V. Mariæ dicenda est Præfatio communis, non vero de B. Mariæ. 12. Dec. 1626.

175. Signum, quod sit cum patena a fronte ad pectus, sit in tegre cum signo Crucis (7). 13. Mart. 1627.  
 \* (7) *Potest quod debet deoculari. Ex Meratio.*  
 176. Ad Missam Vicarii Generalis non debent accendi quatuor candelæ, nec assistere duo Capellani. 7. Aug. 1627.  
 177. Infra Octavam Epiphaniæ, Paschatis, & Pentecostes, nec non in feria quarta Cinerum, in hebdomada maiore, in Dominicis, et in Vigiliis Nativitatis Domini, & Pentecostes, non possunt dici votive Missæ privatae, neque de Requiem. 28. Aug. 1627.  
 178. Si festa Ss. Apostolorum Philippii & Jacobi, ac Inventio-nis S. Crucis occurrerint infra Octavam Ascensionis, Præfatio in Missa erit de Apollolis vel de Cruce, ac Communicantes de Ascensionis. 28. Aug. 1627. Idem dicendum de aliis festis ac de Missis votivis propriam habentibus Præfationem, & infra eandem Octavam celebrandis, sicut, & hoc prolixius servandum infra Octavam Epiphaniæ.  
 179. Oratio imperata a Superiore, veluti *Dni Refugium*, o-mittenda est in duplicibus prima classis. 28. Aug. 1627. Romæ o-mittitur etiam in festis secundæ classis.  
 180. In fine Missæ ad quodcumque Altare celebrare fit reverentia Cruci infra gradus, capite semper aperto. 28. Aug. 1627.  
 181. Vicarius ut Vicarius non potest abente Episcopo Missas cantare volumens, Ss. Sacramentum aut Sacras Reliquias paratus deferre, nec aliis se immiscere functionibus Ecclesiasticis, sed tantum præesse, ut omnia suo ordine fiat. 19. Septemb. 1627.  
 182. Si Litaniæ majores occurrerint in die sancto Paschatis, transferantur in feriam tertiam sequentem. 25. Sept. 1627.  
 183. In Ecclesiis Regularium habentium claustra sicut processiones intra claustra tantum, si vero non habeant claustra, sicut prope muros Ecclesiæ, sive exeundo ab una porta & intrando per aliam Ecclesiæ portam, sive per eandem. 26. Febr. 1628.  
 184. Extra ambitum Ecclesiæ non licet Regularibus facere processiones, nisi de licentia & consentu Parochi, salvis privilegiis, & consuetudinibus, si qua sunt. 26. Febr. 1628.  
 185. Officium fit duplex minus de illo Sancto, cuius habetur Reliquia insignis, scilicet caput, brachium, crux, vel ea pars corporis, in qua passus est Martyr, dummodo sit integra & non parva, & modo sit approbata, cuius ratione recitandum est symbolum in Missa. 8. Apr. 1628.  
 186. Festum, quod in aliqua Ecclesia celebratur ratione Corporis vel insignis Reliquiæ, non habet Octavam, nisi specialiter concedatur a Sede Apostolica. 13. Aug. 1632.  
 187. Qui recitat Officium de Sancto, de quo habet insignem Reliquiam in propria Ecclesia, si celebret eo die in alia Ecclesia debet omittere *Credo*. 2. Dec. 1628.  
 188. De Sancto, cuius habetur Corpus, vel insignis Reliquia, non potest fieri officium, nisi consistat de identitate, & nisi reparatur in Martyriolo Romano. Reliquiæ vero a locorum Ordinariis approbatae possunt exponi ad fideliū venerationem. 19. Octob. 1691.  
 189. Missæ de Ss. Rosario, & de Monte Carmelo, Ordinibus Prædicarorum, & Carmelitum respectivè & specialiter concessæ, non sunt ab aliis celebranda sine speciali licentia. 8. Apr. 1628.  
 190. Missa de Ss. Rosario potest quidem dici a secularibus, sed ut in festo ad Nives, cum oratione propria, quæ apponi solet in calce Missalis. 29. Octob. 1678. (8)  
 \* (8) *Meratius omittit. Nunc tamen quomodo visum Missa dicitur. data sint pro universa Ecclesia, debent legi ut in Missali Romano. 191. (9) In illa Ecclesia, ubi adeo Capella vel Altare Ss. Rosarii, potest celebrari Officium de eodem Ss. Rosario sub ritu duplici majori in Dominica, quæ vel occurrit in Kalendis, vel prima est post Kalendas Octob. 23. Sept. 1688.*  
 \* (9) *Officium de Meratio apud quem desunt officii Decreta (9) 197. 200. 212. 215. 229. 234. 235. 237. 238. 236. 262. 264. 265. 266. 267. 268. 275. 282. 293. 294. 300. 301. 302. 306. 308. 309. 317.*  
 192. Non possunt locorum Ordinarii tam faculares quam regulares addere Kalendariis etiam propriis Sanctorum officia, nisi ea duntaxat, quæ Breviarii Romani Rubricis vel sacrorum Rituum Congregationis seu Sedis Apostolicæ licentia conceduntur. 8. Apr. 1628.  
 193. Non est celebranda per totam civitatem, vel Diocesim Missa, nec recitandum Officium de Sancto, eo quod in loco ad-sit Ecclesia parochialis, vel regularis, vel etiam Abbatisialis, aut aliqua insignis Reliquia led tantum in propria Ecclesia, nisi habeatur specialis licentia. 8. Apr. 1628.  
 194. Officium defunctorum dici potest in choro separatim ab officio diei, in diebus exceptis a Breviario, pro adimplenda te-tationum voluntate. 12. Jun. 1628.  
 195. In Sacramento administratione ne adhibeant Canonici rochetum & cappam, si iis utantur in choro, sed cottam & stolam. 12. Jun. (10) 1628.  
 \* (10) *Leg. 12. Julii.*  
 196. Canonici Regulares possunt in publicis processionebus uti rochetto, & superpelliceo. 29. Aug. 1628.  
 197. De Titulis Altarium, nisi fiat in Calendario Romano, nullum recietur Officium. 28. Aug. 1728.  
 198. Annuli usui in Missa prohibentur Protonotariis non partici-pantibus, Doctoribus quibuscumque, & Canonicis Cathedralium. 20. Nov. 1628.  
 199. Possunt Canonici Missam celebrare cum annulo aureo, & rigore uti, sed sine gemma, & sine aliqua effigie. 4. Aug. 1663.  
 200. Solemniter concessivæ sicut Officium, significat festum populi, aut Cleri cum apparatu non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam sine novo Decreto. 9. Dec. 1628.  
 201. De Sancto canonizato non potest fieri Officium extra propriam Ecclesiam sine novo Decreto. 9. Dec. 1628.  
 202. Officium cum Missa B. Roschi in ejus die festo concedi-tur tantum in Ecclesiis in eisdem honorum Deo dicatis, nisi aliud permittatur. 26. Novemb. 1629.

103. (1) Non possunt eligi in Patronos, nisi illi solum, qui ab Ecclesia universalis sub ritu Sanctorum coluntur, non autem beatificati dumtaxat. 23. Mart. 1630.  
 \* (1) *Hoc, & quatuor sequentia Decreta citata sunt Urbano VIII. Jubeat, V. Gavantum. in Rubr. Brev. festi. 3. c. 12.*  
 204. Electio de Patrono civitatis fieri debet per secreta suffragia a populo, mediante Concilio generali illius civitatis vel loci, non autem ab Officialibus loci, & accedere debet consensus Episcopi, & Cleri illius loci. 23. Mart. 1630.  
 205. Idem servandum in Patrono Regni, qui pariter eligendus erit per secreta suffragia, a populo singularium civitatum Provinciarum. 23. Mart. 1630.  
 206. Representantibus Regnum, Civitatem, Provinciam, nulla competit facultas eligendi Patronos, nisi ad hoc habeant speciale mandatum, & ulterius interveniat consensus Episcopi, & Cleri dictarum civitatum. 22. Mart. 1630.  
 207. Causa electionis novorum Patronorum deducenda sunt in sacra Congregatione, & ab eadem examinanda, ac tandem, causa cognita, ab eadem Congregatione approbanda, & confir-manda. 23. Mart. 1630.  
 208. Si in locis Diocesis nullus reperitur electus Patronus, tenetur Diocesis non solum ad festum de Patrono civitatis, sed etiam ad octavam. 28. Sept. 1658.  
 209. In Patronorum, sive Protektorum præcedentia servandus est ordo Hierarchiæ Ecclesiæ, & inter Ordinem Hierarchicum anterioritas in electione. 12. Mart. (2) 1690.  
 \* (2) 11. Martii.  
 210. Non sunt inferendi in litanis alii Sancti, præter ibi descriptos, neque tempore pestis addendi sunt Titulares, & civitatis Patroni, sine speciali concessione. 22. Mart. 1631.  
 211. Qui præ timore vel habuit non pronuntiat Evangelium S. Joannis, quod legitur in fine Missæ, sed eius loco aliud suo arbitrio recitat, suspendendus est a Missarum celebratione, quousque illud rite pronuntiare assueverit. 5. Jul. 1631.  
 212. Pyxis, in qua asservata fuit Eucharistia, non potest vendi vel pignorari. 27. Aug. 1632.  
 213. Canonici in Processione intra Ecclesiam, incendunt capite detecto, & extra eam cum Bitreto in capite. 30. Mart. (3) 1633.  
 \* (3) 5. Martii. *Deest nunc in Regeste S. C., sed illud nihilominus authentice esse Meratius contendit, quia refertur a Gavanto in Man. Episcop. V. Processio num. 7. in addit. & fit conforme dispositioni, quæ habetur in Cæremone. Episcop.*  
 214. Ubi non est auctoritas physice, pro licita Missarum celebra-tione, attendatur ea moraliter, & politica, quousque scilicet ibi terminari solet quies, & inchoari labor, juxta probatam Religionum consuetudinem. 18. Sept. (4) 1634.  
 \* (4) *Et 2. Novembris.*  
 215. In Kalendariis locorum fiat nota, ad libitum, quando Officia non sunt de præcepto. 6. Feb. 1638.  
 216. Festa ad libitum, occurrentia in diebus Dominicis, Octavis, & Natalibus Sanctorum aliquos Diocesis vel Religionis, sunt omittenda. 24. Jan. 1681.  
 217. Officia ad libitum occurrentia die die, in quo alias ali-quod festum translaturum non debent, vel in quo agendum est Officium consensum semel in hebdomada vel in mense, pos-sunt celebrari, protrahendo alterius ad aliam diem festi transla-to, vel omnino Officio pro hebdomada, aut per mensem con-sensum. 24. Jan. 1682.  
 218. Si festum ad libitum non potuerit celebrari, & ha-buerit etiam ritum simplicem de præcepto eo anno non omittatur, sed celebretur ritu simplici. 13. Jun. 1682.  
 219. In occurru non potest transferri officium proprium aliqui-cuius Diocesis vel Religionis, ut eo die agatur de festo ad libitum, ne omittatur. 2. Dec. 1684.  
 220. Officia ad libitum occurrentia infra Octavas non privile-giatis, etiam particularia aliquos Diocesis vel Religionis non sunt celebranda, sed omittenda. 19. Jan. 1693.  
 221. Non licet in media nocte Nativitatis Dominicæ celebra-re successive alias duas Missas, & in eis sacram Communionem exhibere fidelibus illam depositis, sed utrumque omnino prohibetur. 7. Decemb. 1641. (5)  
 \* (5) *Et 22. Nov. 1681. Anno vero 1686. 23. Martii Aclara-tio S. C. hoc præceptum ligare etiam omnes Regulares, etiam Patres S. J., neque posse excipi in Ecclesia Confessiones, etiam xime mulierum, durante tempore nocturno, sed expectandum esse, ut illucceat aurora tam pro Confessionibus mulierum excipiendis, quam pro Eucharistia ministranda Fidelibus utriusque sexus.*  
 222. Festum de Patrono principaliori loci est præceptivum cum obligatione audiendi Missam, & vacandi ad operibus servili-bus. 13. Septemb. 1642. (6)  
 \* (6) *Hoc Decretum confirmavit Urbanus VIII. in Constit. Universalis.*  
 223. Personæ tantum voventes tenentur servare festa veluti de præcepto, quæ inducuntur sine voto. 8. Apr. 1643. (7)  
 \* (7) 18. Aprilis.  
 224. Regularis, qui fuit in possessione præcedentis, præcedat in publicis functionibus & ubi non constat de possessione præcedat ii qui sunt antiquiores in loco controverse. 6. Octob. 1645.  
 225. Organum haberi debet etiam in Ecclesiis Collegiatis, 27. Jul. 1646.  
 226. In Missis votivis de Passione vel de Cruce, quæ dicuntur infra hebdomadam Passionis, non est omittendus Psalmus *Judica me Deus*, neque *Gloria Patri* ad introitum & lavabo, licet hæc omnia omittantur in Missa de Tempore. 10. Febr. 1647.  
 227. Nemo potest excedere limites verbales Indulgentiarum Sedis Apostolicæ super Beatificationibus, præsertim in celebratione Missarum, & Officii cum Octavis, sine expressa licentia præ-dictæ Sedis Apostolicæ. 5. Octob. 1652.  
 228. Beatorum nomina non apponantur in Kalendariis, nisi

illius tantum loci eorumque personarum, in quo, & a qui-bus cultus cum Officio, & Missa celebratur. 27. Sept. 1659.  
 229. Non sunt invocandi Beati in publicis precibus, præter indultas & approbatas, nec eorum Reliquiæ in processionebus circumferendæ. 27. Sept. 1659. (8)  
 \* (8) *Coram Alexandro VII.*  
 230. Licet non sint celebrandi dies festi in Beatorum honorem, hoc tamen non extenditur ad festa devotionis. 27. Apr. 1660.  
 231. Indulta recitandi Officium cum Octava, & celebrandi Missam de Beatis, non sunt revocata per Decretum eisdem sub die 27. Sept. 1659. Decretum hoc est 17. Apr. 1660.  
 232. In illis Ecclesiis, in quibus Officium & Missa de Beatis recitari, & respective celebrari possunt, licet eorum Reliquias exponere, imagines, vel simulacra super Altare collocare, ac votivas tabellas ibidem appendere. 17. Apr. 1660.  
 233. Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegiis luce Religionis, de quibus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatis luce Religionis recitare Officium, & in propriis Cathedralibus Missam celebrare, & Altare prædictis Beatis erigere. 17. Apr. 1660.  
 234. In Missis de Beatis non est dicendum symbolum ubi scilicet est permixta hujusmodi celebratio. 22. Jul. 1662. nisi ad ubi Reliquia.  
 235. Tam Minores Conventuales quam Observantes Reformati, si Francisci possunt in propriis locorum Ordinem Ecclesiæ solemnizari festum S. Antonii Patavini ea ipsa die, in quam incidit, dummodo Reformati a Processionebus ablineent eodem loco 27. Sept. 1659.  
 236. Nullo modo sunt permittendæ duæ Processiones de eodem festo in eodem loco eodem die. 9. Apr. 1662.  
 237. Non licet in Ecclesiis, in quibus non asseratur Ss. Sacramentum, celebratio Missæ in feria quinta in Cenâ Domini, nec ejusdem Augustiss. Sacramenti asseratio in sepulchro. 24. Jan. 1659.  
 238. Manus Sacerdotis ad hanc igitur oblationem, debent ita extendi, ut palmæ sint apertæ, pollice dextero super finitrum in modum Crucis super manus, vel vero infra manus. 4. Aug. 1663.  
 239. Passio in hebdomada majori legenda est in Missis priva-tis in cornu Evangelii, licet in Missa solemnium legatur a cele-brante in cornu Epistolæ. 4. Aug. 1663.  
 240. Non solum Cruces, & imagines Salvatoris, sed etiam icones Altarium, & omnes aliæ imagines Sanctorum regendæ sunt in primis Vesperis de Dominica Passionis. 4. Aug. 1663.  
 241. Hebdomadarius in cantandis Horis Canonicis non debet uti stola. 4. Aug. 1663.  
 242. Cruces, quæ sunt a Sacerdote super oblata, non sunt faciendæ manu transversa, sed manu recta in transversa parte Crucis. 4. Aug. 1663.  
 243. Pars inferior Hostiæ, non autem superior præcedenda est, quando dicitur, *Pax Domini sit semper vobiscum*. 4. Aug. 1663.  
 244. Sacrificia in die Commemorationis omnium fidelium De-functorum possunt applicari ad libitum, scilicet in genere pro omnibus, tum in specie pro aliquibus Defunctis. 4. Aug. 1663.  
 245. Lectiones primi Nocturni in Officio de festo duplici Majori sumendæ sunt (ubi sint propria) ex ejus Communione, non vero ex scripto, occurrente. 12. Jul. 1664. licet occurat initium.  
 246. Dedicatio Apollolorum & Saluatoris, extra Urbem non habet integras Vesperas, si die præcedenti vel sequenti, celebretur Officium duplex missæ. 12. Jul. 1664. Idem dicendum de die Octava Dedicacionis.  
 247. Dies Octava non privilegiata dimidiat Vesperas in occur-rentia cum festo duplici minori. 12. Jul. 1664.  
 248. Si transferatur festum S. Lucie in feriam secundam ratione Dominicæ Privilegiatæ, Vesperæ erunt de Octava Concep-tionis cum Commemoratione Sanctæ Lucie. 1. Mart. 1681.  
 249. Quæcumque dies Octava B. V. Mariæ debet habere inte-gras utraque Vesperas in concurrentia cum festo duplici mi-nori 11. Aug. 1691.  
 250. Primmæ, & secundæ Vesperæ Angelorum Custodum di-videndæ sunt a Capitulo, si concurrant cum festo duplici mi-nori. 27. Sept. 1698. (9)  
 \* (9) *Drogavit S. C. hinc Decreto 14. Maji 1707. 20. Aug. 1712. & 16. Sept. 1730. & integras Ss. Angelorum Vesperas utraque cum sola commemoratione sequenti duplici minori esse recitandas statuit.*  
 251. Non permittitur ad Altare majus celebratio Missæ, dum dicuntur in choro Martirium, & Hora. 15. Sept. 1664. (10)  
 \* (10) *Non extat apud Meratium idem tamen præceptum sue-rat. 2. Maji 1620.*  
 252. Ad octavam benedictionem in festo Conversionis S. Pauli Apolloli non dicitur, *cujus conversionem colimus* sed *eius festum*. 23. Febr. 1666. (11) Patet hinc, quid sit faciendum in Officiis Trans-lationis, Apparitionis, Ordinationis, vel Inventionis, aut similibus.  
 \* (11) 13. Febr. 1666. *Simile Decretum prævit 5. Maji 1735.*  
 253. Ubi celebratur festum S. Raphaelis Archangeli, ad octavam benedictionem dicatur, *cujus festum*, non vero, *quorum festum*. 12. Sept. 1692.  
 254. Si simul fiat transferenda festa S. Marci Evangelistæ & Ss. Apollolorum Philippii, & Jacobi, prius reponatur festum S. Marci, deinde festum Apollolorum. 18. Sept. 1666.  
 255. Festum duplex occurrens ante Octavam non privilegia-tam, non est transferendum post Octavam, sed infra eandem celebrandum, prima die non impedita a 30. Sept. 1679.  
 256. Officium particulare aliquos Diocesis vel Religionis, quod occurrit die vigesimaquinta Febr. est transferendum in an-quo Buxitilli ad primam diem non impeditam, dummodo non sit duplex prima classis. 7. Sept. (12) 1680.  
 \* (12) 7. Decembris.  
 257. Officium semiduplex, quod occurrit in Dominica infra Octavam non privilegiatam, non est celebrandum in feria secunda sequenti licet non impedita, si habeatur reponendum aliud festum altioris ritus. 11. Mart. 1681.

258. In repositione duorum vel plurium festorum ritum habentium eundem, & de eorum diversitate attendenda prioritas translationis, nisi attendenda sit maior dignitas. 13. Jun. 1682.

259. Si plura sint transferenda festa, quae eadem die occurrunt, & quibus non convenit ratio majoris dignitatis, attendatur in eorum repositione major apparatus vel populi concursus, ex quo vocatur, etiam major solemnitas, supposito tamen quod sint ejusdem ritus. 20. Jul. 1686.

260. Non est transferendum in diem immediate sequentem festum illud, ante cuius translationem habentur reponenda alia officia prius translata ejusdem ritus, non obstante Decreto edito sub die 30. Sept. 1679. Quoad vero festum semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens, omnino servanda est Rubrica generalis Breviarum de Translatione festorum n. 5. Decretum hoc est 21. Decemb. 1696.

261. Si occurrerit vel fuerint transferenda duo festa ejusdem ritus, quae unica die occurrerunt, quorum unum fit universale, & alterum particulare alicujus Diocesis, vel Religionis, prius fiat de universalibus, deinde de particularibus, nisi obest ratio majoris dignitatis. 27. Sept. 1693.

262. Ad Responsorium breve Completorii in Dominica Passionis, non omittatur, *Gloria Patri*, si die sequenti fiat de festo semiduplex. 18. Sept. 1666.

263. Si festum duplex, de quo agunt Regulares (sub quo nomine etiam veniunt Moniales) habuerit Missam propriam omnibus, & solis Regularibus concessam, Sacerdotes Seculares celebrantes in eadem Ecclesia Regularium, Missam quidem dicant de festo duplici, sed cum Missali Romano, ex Decr. Sac. Rit. Cong. 19. Nov. 1621. Decretum hoc 9. Jun. 1668.

264. Si Moniales non habeant Missale a Romano diversum, Sacerdotes in earum Ecclesiis celebraturi possunt dicere proprias Missas ipsi Monialibus concessas. 27. Aug. 1672.

265. Conceditur omnibus Monialibus Ordinis Cisterciensis quae utuntur Breviario Romano, ut adaptare possint juxta ritum praedicti Breviarii Romani officia una cum Missis propriis anno proximo praeterito (sub die 9. Decemb. toti Ordini Cisterciensi concessa, quae sic accommodata faciant typis imprimi, nec non secundum eadem Festivitates valeant celebrari facere Missam per Capellanos Ecclesiarum earumdem servato addictis cum Missali Romano, & juxta illius Rubricas. 27. Jun. 1703.

266. In Missis votivis privatis non est dicendus Hymnus Angelicus, nisi fuerit Missa Angelorum, in qua quotidie est recitandus, vel Missa de Beata Maria, in qua quolibet Sabbato dici debet. 14. Maji 1672.

267. Clavula posita in Brevibus Indulgentiarum, scilicet *Volumus autem ut si alius Christi fidelibus dicitur Ecclesiam visitantibus, aliqua alia Indulgentia perpetua vel ad tempus nonnullum elapsum duratura, concessa fuerit, praesente littera nulla sint; non comprehendit Altaria Privilegiata pro Defunctis. 23. Jun. 1679.*

268. Sub generali Indulgentiarum suspensione, quae fit anno Jubili, non comprehenduntur Altaria Privilegiata, nec aliae Indulgentiae pro solis Defunctis concessae. 24. Jan. 1700.

269. In apositione Aquae benedictae, quae diebus Dominicis fit a Sacerdote Alba, & Stola induto, vel etiam cum Pluviali, immediate celebratur Missam Conventualem, Stola aptanda est ante pectus ad modum Crucis, non vero pendens a collo ad utrumque latus. 30. Sept. 1679.

270. Missa assignata Festivitati Conceptionis B. V. M. non est dicenda in Sabbatis ut votiva. 30. Sept. 1679.

271. Si occurrat Officium novem lectionum de pluribus Virginibus simul, & Martyribus eo die, quo cadit festum simplex ejusdem qualitatis, servanda est pro Commemoratione simplicis Antiphona *Israhel est enim. 7. Dec. 1680.*

272. Officia Sanctorum, quae alicubi supersunt de mense Decembri, transferri possunt in annum sequentem. 7. Dec. 1680. (1)

\* (1) Hinc Decreto derogavit ad S. C. 26. Nov. 1735. 15. Sept. 1736. 8. Martii 1738. statuente, ut quoties isto anno decursu de illis celebrari non valeant, tunc in illo anno diebus eorum propriis confiderentur tamquam simplices, faciendos illorum Commemorationem, ut fit in simplicibus.

273. Officia concessa scilicet in hebdomada non sunt celebranda in Adventu. Quadragesima, Quatuor Temporis, nec in Vigiliis, nisi aliter in concessione exprimat. 1. Mart. 1681.

274. Ubi festum S. Thomae Episcopi & Martyris celebratur sub ritu duplici, si occurrerit in eo Dominica, die sequenti fiat Officium de die infra Octavam Nativitatis Domini. 1. Mart. 1681.

275. Quotiescumque in Sabbato ante Dominicam privilegiam Officium turris de septima die infra aliquam Octavam, Psalmi Vesperarum erunt de Psalterio, Capitulum de Dominica sequenti, cum sola Commemoratione de die Octava. 1. Mart. 1681.

276. In Processionibus Candelarum, Palmarum, & similibus, quae fiunt infra Ecclesiam sine Sacramento, non est pulsanda campanula ad elevationem Ss. Corporis Christi in Missa privata. Quod si pulsatur & advertatur elevatio, tunc genuflectendum utroque genu a transeuntibus ante Altare, ubi Missa celebratur, & depositis Ss. Sacramento progredendum. Similiter si alicui transeant in elevatione Calicis. 1. Mart. 1681.

277. Qui habent privilegia celebrandi Octavas in Quadragesima, non ideo debent facere Commemorationem in feria quarta Cinerum. 24. Jan. 1682.

278. Si in Quadragesima Officium occurrerit infra Octavam, debent praedicti privilegiati dicere Missam Conventualem de feria cum Commemoratione Octavae: Missae vero privatae dici possunt de Octava cum Commemoratione feriae, ut praescribit Rubrica Missalis Tit. 3. de feria, & vigilia n. 2. Decretum est 24. Jan. 1682.

279. Regulares non tenentur recitare officia de Patronis minus principalibus, nisi sint descripta in Calendario Romano, vel in proprio ditorum Religiosorum. 24. Jan. 1682.

280. Regulares tenentur quidem celebrare sub ritu duplici primae

classis festum de Patrono principali loci Regi seu Provinciae, & de Titulari Ecclesiae Cathedralis: sed ad eorum Octavas non tenentur. 20. Mart. 1683.

281. Si festum S. Confessoris transferatur in proximam sequentem diem, in Hymno, *Iste Confessor*, nulla fiat mutatio Versiculi, sed dicatur, *Meruit beatus*, dummodo prima Vesperae non sint impeditae. 13. Jan. 1683. (2)

\* (2) *Legi 13. Junii 1683.*

282. Translato festo S. Confessoris ultra sequentem diem, in Hymno, *Iste Confessor*, faciendae est mutatio Versiculi, dicendo, *Meruit supremus*. 14. Jun. 1692.

283. Officia affixa diebus Dominicis, ut S. Rosarii & Patrocini B. V. M. si sint impedita festo alioris ritus vel dignitatis, sunt omittenda. 10. Mart. 1683. (3)

\* (3) 20. Martii 1683.

284. Officium Nominis B. V. M. occurrens in festo Exaltationis sanctae Crucis, vel in alio alioris ritus aut dignitatis, transferatur, non vero omittatur. 20. Jul. 1686. Si Concedatur pro aliquo festo ritus duplex, sine expressione majoris vel minoris, concessio intelligitur de duplici minori, etiam si ad honorem Deiparae facta fuerit. 20. Nov. 1683.

285. In festo Nominis B. V. M. non est faciendae Commemoratio de ejusdem Nativitate, & in secundis Vesperis de Nativitate cadentibus in Sabbato, non est faciendae Commemoratio de praedicto Nominis. 20. Sept. 1684.

286. Si Officium Nominis B. V. M. venerit in die Octavae Nativitatis ejusdem, officium erit de Nominis, omnia in utrifque Vesperis, & Laudibus Commemoratione de praedicto die Octavae Nativitatis. 15. Sept. 1685.

287. Sola ratione Ss. Sacramenti expostio, non est dicendum symbolum in Missis privatis. 2. Dec. 1684.

288. Posteri fieri Commemoratio de Ss. Sacramento, si expostio tum fit etiam in Missa de festo duplici, quod non fit primae vel secundae classis. 2. Dec. 1684.

289. Qui celebrat Missam de B. M. eo die, quo fit de aliquo festo semiduplex infra Octavam ejusdem B. M. debet dicere Missam de Octava, sed more votivo sine *Gloria* & sine *Credo*, nisi fuerit Sabbatum, quia tunc dicendum erit *Gloria sine Credo*. 2. Dec. 1684.

290. Qui in Sabbato recitat Officium de B. M. si celebrat Votivam de aliquo Sancto, non debet dicere, *Gloria*, neque Praefationem B. M. 2. Dec. 1684.

291. Non est omittenda una ex assignatis Orationibus in Missali velut *Agnus Dei*, ut ejusdem loco dicatur aliqua Oratione penetrata ad Episcopum, veluti *Deus refugium* n. 2. Dec. 1684.

292. Quando dicitur Oratione *Ad eum illis*, vel *Ecclesiae*, non est dicenda Oratione contra Paganos, vel alia hujusmodi, quia sufficienter una consistit, quod & altera. 16. Apr. 1688.

293. Quando dicitur Collecta vel Missa contra Paganos, non potest mutari nomen Paganorum, dicendo, Turcarum, Haereticorum, &c. 29. Jul. (4) 1689.

\* (4) 30. Julii.

294. Si in die Commemorationis omnium fidelium Defunctorum occurrerit Dominica, vel alicubi festum de praepete diei Dominico aequale, Officium cum Missa Defunctorum transferatur in sequentem diem, etiam festo duplici impeditam. 5. Octob. 1688.

295. In Sabbato sancto (5) omnino prohibentur Missae privatae, etiam post pulsationem campanarum, in quacumque Ecclesia aut Oratorio privato, non obstante contraria consuetudine. 11. Febr. & 11. Mart. 1690. (6)

\* (5) *Etiamsi occurrat Vespum Annuntiationis B. M. V.*

\* (6) *Approbante Alexandro VIII.*

296. Si festum Annuntiationis B. V. M. occurrerit in feria sexta in Parasceve vel in Sabbato sancto, transferatur ejus Officium una cum praepete audiendi Missam & cavendi ab altaribus servilibus ad feriam secundam post Dominicam in Albis, protracto ad aliam diem festo in eo occurrente, nisi fuerit duplex prima classis. 11. Mart. 1690. *Notandum* t. Quod si alicubi in praedicta feria secunda occurrerit duplex prima classis, ibidemque Annuntiationis celebraretur sub eodem ritu, adhuc duplex illud esse transferendum, & celebranda Annuntiationis. *Notandum* 2. Quod licet Annuntiationis fit secunda classis, si tamen haberetur referendum Officium primae classis, nihilominus in praedicto casu esse agendum de Annuntiatione. *Notandum* 3. Quod protracta ulterius Annuntiatione officium alioris ritus in ea occurrens, non ideo protractanda obligatio audiendi Missam, & cavendi ab operibus servilibus.

297. Si simul transferenda sint festa S. Josephi, & Annuntiationis, prius reponatur Annuntiationis, deinde S. Josephi, non obstante Decreto edito in contrarium sub die 12. Jun. 1682. Decretum est 14. Jun. 1692.

298. Translato festo, in cuius die conceditur Indulgentia, non transferatur etiam Indulgentia, nisi ex concessione specialia. 16. Jun. 1690.

299. Si prima Vesperae de S. Martini impedita fuerint festo duplici vel Dominica, Hymnus proprius Vesperarum unitorum Hymno Martini, & ex duobus fiat unus, sub unica conclusione, *Ad nobis abigat. 16. Apr. 1692. (7)*

\* (7) *Idem in simili casu de Hymno S. Hermenegildi statuit S. R. C. 5. Maji 1736.*

300. Ubi die decima octava Decemb. celebratur officium de Expectatione B. V. M. omittenda sunt ad Laudes Antiphona Illae, quae occurrunt in illa Feria in proprio de tempore. 11. Maji. 1692.

301. Si praedictum festum Expectationis venerit in feria quarta Quatuor Temporis, nec erit dicenda nona lectio in Officio, nec legendum ejus Evangelium in fine Missae, sed illud S. Joannis & ideoque de feria sola fiat Commemoratio in Officio, & in Missa. 21. Maji 1693.

302. A die decima septima Decembris inclusive usque ad Vigiliam Nativitatis exclusive fieri potest quod dicitur Officium novem lectionum, five occurrerit, five erit translatum. 17. Maji. 1692.

303. Si festum de septem Doloribus B. V. M. quod multis in locis (1) celebratur feria sexta post Dominicam Passionis, impeditur ab Officio majoris ritus vel dignitatis, transferatur in Sabbatum sequens non impeditur, & non ulterius. 26. Febr. 1693. (2)

\* (1) *Hodie ex Benedicte XII. sanctione 22. Aug. 1727. ubi quae a Christi fidelibus celebrari debet.*

\* (2) *Meruit non habet hoc Decretum, cui, est extirpat; idem Benedicte XII. derogavit, edito Decreto 25. Jan. 1729. in quo statuit, hoc Officium eo in casu die Sabbati immediate sequenti recitandum esse, non obstante quod dicta die occurrat aliud Officium alioris Sancti, dummodo non sit alioris ritus, ipsum vero Sancti occurrentis juxta Rubricas generales transferendum esse.*

304. Si Vigilia S. Matthiae occurrerit ultima die Bacchanalium, observetur eadem die jejunium, non vero anticipetur. 23. Jan. 1694.

305. Evangelium pro solemnibus Palmis benedictione, canendum est in cornu Epistolae ab illo, qui celebrat, absque Diacono & Subdiacono. 27. Apr. 1697.

306. Ubi Oratione quadraginta Horarum fuit ob tumultus bellicos intermissa, debet restitui. 15. Apr. 1693.

307. Fella duplicia, & semiduplex translata, praesentia sunt Officio S. Benedicti festo in hebdomada concessio. 8. Febr. (3) 1699.

\* (3) 7. Febr.

308. Regulares obstant a locorum Ordinarius licentia orationum vel in scriptis faciendi locorum Processiones extra limites Conventuum suae Religionis cum statuta aut Reliquia alicujus Sancti, possunt uti Pluviis, licet ejus usus non fuerit expressus in licentia obtenta. 21. Mart. 1699.

309. Ubi Pluvialis in Processionibus solemnibus non est testimonium nec signum Jurisdictionis in utente Sacerdote. 21. Mart. 1699.

310. (4) in paramentis nigris non est administranda Eucharistia. 22. Jan. 1704.

\* (4) *Suppositum omnino Decretum, ut late probat Mercurius in addit. ad Gavarr. p. 2. Rubric. Miss. Tit. 10. numer. 18. & 1699.*

311. Quando exponuntur Reliquiae, ultra lampadem, debent continuo arderi Altari duo lumina, alias non exponantur. 22. Jan. 1701.

312. Sacerdos in Sacrificio Missae congruentius utitur cingulo lineo quam serico. 22. Jan. 1701.

313. In Sacrificio Missae non est adhibenda Palla drappo serico a parte superiori cooperta. 22. Jan. 1701.

314. Temporis praescriptio ad recitandum in Choro Divinum Officium, ab Ordinario cum duobus vel tribus Deputatis a Capitulo diversimode fieri debet secundum diversa anni tempora, & annotari in Tabella appendenda in Sacristia. 7. Aug. 1595.

315. Ubi Canonici sunt pauci, Dignitates etiam accedere tenentur ad Legem, & cantare scilicet alii. 20. Aug. 1601.

316. Cum Antiphona praerintonatur, omnes ab utroque latere Chori, etiam Canonici, furgere debent, juxta Ceremoniale, non obstante consuetudine. 23. Mart. 1602.

317. Missa Conventualis in Festis dicenda est de tempore activo hora decima prima, tempore vero hiemali hora decima prima; in Feriis autem potest dici paulo citius, modo non valde diluatur. 29. Jul. 1602.

318. Qui delinquens fuerit ad recitandum chorum, non est movendus a Choro, ut assistat Episcopo. 6. Sept. 1603.

319. (5) Accensus sui tempore candelis non differatur Officium, licet abierit Hebdomadarius, seu iustus Majoris supplicet alius. 18. Apr. 1617.

\* (5) *Hic, & in sequentibus Decreta abjuncta ab Indictibus Martiani, Ne in hiis quidem invenio D. 322. 324. 325. 328. 355. 358.*

320. Ad Majorem in Choro spectat intonare initium Officii per *Pater noster*, & idem, eo finito, debet signum, ut incipiat iterum Hora. 18. Apr. 1617.

321. Dicitur Major in Choro dicit: *Dies, & actus, & cetera. Notandum* quoniam, *Et benedictus qui confidat, & cetera* etiam Dominus *Dei nobis suam pacem*, nisi alia fit confectio. 18. Apr. 1617.

322. Nemo exeat de Choro, etiam expleto Officio, nisi dato a Majore signo finis. 18. Apr. 1617.

323. In Ecclesia Ss. Nazarii, & Celsi transferatur Festum Ss. Victoris & Innocentii sub ritu semiduplexi post Octavam, de Communi plurimorum Martyrum, cum Evangelio ut in die, & Oratione propria, in qua omittuntur Socii. 12. Febr. 1533. (6)

\* (6) *Legi 1633.*

324. Tolerandum, quod Canonici tribus mensibus anni frigidioribus recitent diebus ferialibus Martinum in Sacristia. 13. Sept. 1641.

325. Magister Ceremoniarum tenetur personaliter significare Episcopo, quando debeat ad Ecclesiam accedere pro functionibus Episcopalibus. 3. Octob. 1642.

326. Canonici Lateranenses extra Urbem existentes, licet possint & valeant celebrare Officia Sanctorum, quorum Reliquiae in Basilica Lateranensi reperiuntur, non ideo in Missa dicere debent *Credo*. 2. Dec. 1684.

327. Licet Rituale dicat, quod post Absolutionem, quae fit super cadaver in die obitus, vel super tumulum in anniversario, dicitur *vers. Regis caeli in pace*, subjungi debet: *Anima eius, & anima omnium fidelium defunctorum pro misericordiam Dei remittatur in pace*, nihil tamen addendum super ledicam, seu Calstrum dolens in die Commemorationis omnium fidelium defunctorum. 2. Dec. 1684.

328. Officium semiduplex in Dominica infra Octavam occurrens tantum habet ritum in Feria secunda immediate sequenti non impedita (juxta ea, quae dicta supra, n. 266.) ut non cedat duplici primae Classis translato. 16. Sept. 1702.

329. Conceditur Missa nova ad postulandam gratiam bene meritandi, ponenda in Missa post Missam *Pro remissione peccatorum*,

& in Rubricis generalibus in Titulo de Coloribus Paramentarium sub colore violaceo. 20. Mart. 1706. (7)

\* (7) *Approbante Clemente XI. 27. ejusdem mensis, & anni.*

330. Festum Conceptionis B. V. M. immaculatae ubique servatur ab omnibus & singulis utriusque sexus Christianissimis sicut alia festa de praepete, servetur & celebratur, ac sub praepete observationis festorum comprehendatur. 28. Jan. 1707.

331. Extenditur ad Ecclesiam Universalem festum B. M. V. de Metecede, celebrandum die vigesima quarta Septembris sub ritu duplici de praepete. 18. Febr. 1696. In qua in Decreto non exprimitur sufficienter Ritus, ideo intelligendum est de duplici minori, ut patet ex supersus dictis, n. 284.

332. Benedictiones & distributiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, non sunt de Juribus mere Parochialibus. 30. Dec. 1673. (8)

\* (8) *Decretum approbatum a Clemente Xa. 12. Jan. 1704.*

\* *Idem die de sequente.*

333. Non sunt de Juribus mere Parochialibus Functiones omnes Hebdomadae Sanctae. 10. Dec. 1703.

334. Celebratio Missae solemnioris in Cena Domini non est de districtis Juribus Parochialibus, sed spectat ad Parochos. 10. Dec. 1703.

335. Non est de Juribus mere Parochialibus prima pulsatio Campanarum in Sabbato Sancto, sed spectat ad Ecclesiam digniorem, ad formam Constitutionis Leonis X. 10. Dec. 1703.

336. Expositio Quadraginta Horarum, & Benedicchio, quae fit super populo, non est de Juribus mere Parochialibus. 10. Dec. 1703.

337. Expositio, quae fit cum Reliquiis, vel Sacris Imaginibus, & Benedicchio, quae cum eis fit super Populum non est de Juribus mere Parochialibus, & quoad Benedictiones cum Reliquiis, & Imaginibus, serventur Decreta. 10. Dec. 1703.

338. In Oratoris privatis Confraternitatum per Confratres statis horis recitari possunt Hora Canonica, cum cantu, vel sine, ab aequali licentia Parochi, nisi aliter Ordinarius statuat ex rationabili causa. 10. Dec. 1703.

339. In districtis Oratoris privatis est licita celebratio Missae privatae, assente Ordinario loci, & contradicente Parocho. 10. Dec. 1703.

340. Capellani Confraternitatum possunt Populo denuntiare Festivitates, & Vigilias occurrentes in Hebdomada, absque licentia Parochi. 10. Dec. 1703.

341. Intra ambitum Ecclesiarum Confraternitatum fieri possunt Processiones juxta cujusvis Confraternitatis institutum, absque interventu vel licentia Parochi. 10. Dec. 1703.

342. Eadem Processiones fieri non possunt extra ambitum districtarum Ecclesiarum, absque licentia illorum Parochorum, per quorum territorium transeundum est, nisi adesse licentia Episcopi. 10. Dec. 1703.

343. In districtis Processionibus non possunt Capellani confraternitatum deferre Stulam extra propriam Ecclesiam. 10. Dec. 1703.

344. Episcopo accidenti ad Ecclesias publicas Confraternitatum, quae non sunt Regularium, neque propriam Rectorem Beneficium habeant, non est porrigendum Aporiorum a Parocho, in cuius territorio sunt duae dicte Ecclesiae. 10. Dec. 1703.

345. In districtis Ecclesiis Confraternitatum, neque Parochialibus, neque Regularibus, retineri non potest Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum, sine speciali Indulto Sedis Apostolicae. 10. Dec. 1703.

346. Praesupposita eadem retinendi Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum in eisdem Ecclesiis publicis Confraternitatum, non potest per annum publice exponi sine licentia Ordinarii. 10. Dec. 1703.

347. Sacerdotes externi confluentes ad Regularium Ecclesias, & celebrantes de Sanctis Ordinibus, servatis servandis, possunt in Missis seu formate cum Regularibus quoad *Credo*, & quoad numerum Orationum more duplicium. 11. Jun. 1701.

348. Diebus Dominicis, quibus tamen Regulares, quam externi celebrant de Dominica, possunt exteri utriusque Paramentorum, quibus utuntur Regulares ratione alicujus Octavae, & Regulares celebrantes in alienis Ecclesiis possunt uti coloribus juxta Ritum earundem: Et tam exteri in Ecclesiis Regularium, quam Regulares in alienis possunt apponere commemorationem Octavae ut supra occurrentis, servata Rubrica de duplici Oratione habenda in Dominica infra Octavam. 11. Jun. 1701.

349. In Officio ad Hymnum *Iste Confessor* pro Sanctis Confessoribus, quoties eidem fixa dies est assignata, quae non est dies obitus, recitari non debet *v. Meruit beatus scandere sedes*, licet revera Officium fiat de die obitus: Et eadem regula servanda est in Officiis de Confessoribus translatis, quamvis Officium sic de die obitus. 11. Jan. (9) 1701.

\* (9) 11. Junii.

350. Cum multis Congregationibus, & Religionibus, five Ecclesiis, vel Nationibus concessum sit a Sancta Sede Apostolica, ut semel vel pluries in singulis Hebdomadibus, vel Mensibus celebrarent varia Officia per Annum, ex gr. de Sanctissimo Sacramento, vel de Sanctis in diebus non impeditis aliquo festo dupli vel semiduplexi, Quadragesima, Quatuor Temporis, Vigiliarum, five cum Jejunio, five abique Jejunio, nec in Feria secunda Rogationum, nec in alia Feria, in qua secundum Rubricas fit referendum Officium Dominicae. 20. Mart. 1706.

351. Dies impediti festo duplici vel semiduplexi pro dictis Officiis recitandis, intelliguntur etiam dies, in quibus ponendum est Officium de festo duplici vel semiduplexi translato, quemadmodum alias responsum fuit, quod scilicet festum duplex vel semiduplex etiam translatum, nec non dies Octavae sic dies impeditus respectu talium Officiorum. 20. Mart. 1666.

352. Regulares absque speciali Privilegio, sed fidei communitatione Privilegiorum aliarum Religionum non possunt addere



24. Tabernaculum SS. Sacramenti in Cathedralibus non debet esse in Altari majori propter functiones Pontificales, quae fiunt versus altare ad Altare, 23. Nov. 1594.

25. Ante ostium Tabernaculi SS. Eucharistiae, in quo depicta vel insculpta est imago Salvatoris, non est retinendum vas solum vel quid simile, sed collocandum in humiliori, & decentiori loco, 22. Jan. 1701.

26. Reliquiae, quibus in Altari consecratione utitur Episcopus debent esse Sanctorum ab Ecclesia approbatorum, 13. Sept. 1593.

27. Altare (1) portatile tunc consecrationem amittit, quando frangitur vel loco movetur repositorium Reliquiarum, 5. Mart. 1603.

\* (1) *Deest in Meratiis Indicibus, ideoque suspensum.*

28. Vicario Episcopi Missam cantanti solemnem non ministrant Canonici, neque sit circulus ante ipsum, 8. Mart. 1595.

29. Episcopi absente non possunt Vicariis Missas celebrare Conventuales, nec Pontificales, 16. Maii 1600.

30. Absente Episcopo spectat etiam ad Vicarium Generalem dicere, & dirigere processiones cum consilio Capituli, 24. Augusti 1619. (1)

\* (2) *Ex hoc dubia Fidei, nam Meratiis omisit.*

31. Ad horas omnes, quae recitantur in choro, ardeant in Altari duo saltem candelabra, 7. Augusti 1595.

32. Matutinum in Cathedrali recitandum est mane, non autem vespere pro die sequenti, 18. Octob. 1595.

33. Matutinum defunctorum pro generali eorum commemoratione recitandum est mane die secunda Novembris, non vero pridie vespere, 1. Sept. 1607.

34. Si consuetudo defendit processionem SS. Sacramentum feria sexta Paschae, in festo nigris velleribus contexto non potest abique gravius incommodum extirpari, est toleranda, 23. Mart. 1596.

35. Tolerari non debet, quod in locis publicis, & sordidus stant depictae diversae Cruces ac Sanctorum imagines in derisum Christianae Religionis, 22. Maii 1596.

36. Non sunt consecranda ea Altaria, sub quibus recondita sunt Defunctorum cadavera, 8. Nov. 1599. (3)

\* (3) *Reperitur 11. Junii 1639.*

37. Si sub Altari, vel sub ebus gradibus, humata sint defunctorum cadavera, non est ibi celebranda Missa, donec alio transferantur, 10. Nov. 1599.

38. Corpora sanctorum nondum canonizatorum non possunt poni sub Altari, 16. Octob. 1604. (4)

\* (4) *Ne hoc quidem extat in Meratiis Indicibus, Idem die de 40. 41. 44. 56. 58.*

39. Moniales completo Officio possunt recitare aliquem psalmum, orationem vel collectam, quia hoc non est Officio addebitum, 12. Jan. 1600.

40. Moniales, quae Breviario Romano uti consueverunt, non sunt compellendae ad recipiendum monasticum, 6. Maii 1622.

41. Moniales ipsae tenentur legere vel cantare cantu firmo divinum Officium, non vero eorum Capellani, 11. Maii 1635.

42. Nominis processionum generalium comprehenduntur Rogationes, 12. Mart. 1601.

43. Musica non debet in Officio quadragesimali, praesertim cum instrumentis, & si est occasio alicujus scandali, 27. Mart. 1601.

44. Sacerdoti Missam novam celebranti licet oblationes accipere, modo non dicat ad Altari, 1. Octob. 1611.

45. Dignitates hinc inde distribuitur in choro, aliter censentur ex cum Canonici ab una parte, deinde alia cum aliter Canonici ab altera parte, non vero Dignitates omnes simul ante omnes Canonicos, 7. Dec. 1601.

46. Archidiaconus iulianus baculum Episcopi thuriscandus est post Diaconos assistentes, ubi non adit contraria consuetudo, 28. Apr. 1607.

47. Assistens presbyter debet Episcopum thuriscandus ad sedem, quicumque ille sit, non vero Diaconum Evangelicam, 19. Maii 1607.

48. Absente Episcopo thuriscandus est celebrans triplici dictu, 30. Jan. 1616.

49. Finito Evangelio Missa solemnis, cui assistit Episcopus cum cappa, thuriscandus est celebrans, non vero Episcopus, 4. Aug. 1663.

50. Canonici in Dominicis sigillatim aspergendi sunt aqua benedicta, non vero unico dictu in circulum, 20. Dec. 1601.

51. Non est impedienda devotio ad imagines sanctas, 17. Apr. 1602.

52. Canonici tenentur in choro psallere, alias non latissimum obligationi suae, 20. Apr. 1602.

53. Canonici debent cantare alta voce, sed non potest eos Episcopus cogere, 23. Nov. 1602.

54. Assistentia, (5) quae fit ad Missam, & vespere, fiat cum pluviali, 3. Aug. 1602.

\* (5) *Perperam descriptum hoc Decretum, quod ita legitur ex Meratiis Indicibus, quae a Canonico Diacono debentur per viam*

\* Episcopo accedenti ad Ecclesiam pro Missa, & Vespere celebrandis, fiat tantum, quando Episcopus pergit intra, vel extra eandem Ecclesiam cum Pluviali, & Mitra, non vero, quando incedit cum Cappa.

55. Qui assistit in choro Missae Conventuali, non potest portare piliculum pro totum Canonem, in aliis vero divinis Officiis uti potest, 5. Nov. 1602.

56. Missa Conventualis canenda est quotidie in Collegiatis, quarum Clerus est numerosus, & redditis non rebus, 14. Jan. 1603.

57. Tenentur omnino Canonici ad cantandam Missam de die, ut luceantur distributiones, 28. Jan. 1612.

58. Sub nomine festi novem lectionum, venit etiam Dominica, ideoque non est feria prima, & si in ea occurrerit festum duplex, in Cathedralibus, & Collegiatis canenda non sunt duae Missae, 12. Mart. 1618.

59. Non potest omitti altera ex duabus Missis captandis ob celebrationem Capituli Canoniorum, 16. Maii 1626.

60. Ob Missam votivam vel pro defunctis non est omittenda Missa Conventualis, neque potest introduci consuetudo in con-

trarium ritum, salva semper Rubrica de votivis assignatis singulis diebus in sine Missalis, 16. Jan. 1627.

61. Potest Episcopus cogere Canonicos, ut a Capellani in Quadragesima cantari faciant (6) cum Diacono, & Subdiacono, no. 17. Jul. 1627.

\* (6) *Supple ex Meratiis: Missam Conventualem Feria.*

62. (7) Abrogatur omnis consuetudo non cantandi Missam de die ultra votivam seu pro defunctis, 28. Aug. 1628.

\* (7) *Meratiis indicit hoc Decretum non exhibetur.*

63. Si infra hebdomadam Passionis occurrerint dies infra Octavam apud privilegatos, tam in Missa Conventuali de feria quam in privati de Octava, vel etiam de eadem feria, omittenda est tertia oratio *Ecclesia vel pro Papa*, 23. Nov. 1659.

64. Licet in illis Ecclesiis, in quibus ad inveterata consuetudo cantandi Missam votivam de Beata Maria singularis diebus Sabbati, possit hic pius usus fore popularum devotio continuari etiam in Sabbatis festo duplici impeditis, non est tamen omittenda Missa Conventualis, 2. Dec. 1684.

65. Sacerdos, qui celebrat Missam Conventualem, in qua choros tenentur cantare symbolum, non potest illam profecti eo tempore quo a choro cantatur symbolum praedicatum, 17. Dec. 1695. (8)

\* (8) *Idem statutum fuerat die 13. Sept. 1670.*

66. Non est facienda Altaris thurificatio in Missa Conventuali dierum solemnum, si abique cantu, & ministris celebratur, 22. Jan. 1701.

67. Qui sunt de gremio alicujus Ecclesiae, debent recitare officium, quod in choro dicitur, & licet extra Ecclesiam vel Diocesim morentur, decet eos recitare Officium proprium Ecclesiae ipsorum, 8. Sept. (9) 1602.

\* (9) *30. Augusti.*

68. Clerici, (10) licet adscripti alicui Ecclesiae, & ejusdem servitio, non tamen obligati choro, & quicumque alii Clerici Saeulares Regularive in civitate vel Diocesi commorantes, non tenentur recitare Officia propria Sanctorum illius Diocesis, vel quae de consuetudine in eadem Ecclesia recitantur in choro, 8. Septemb. 1602.

\* (10) *Longe aliter legitur hoc Decretum in accuratissimo Meratiis Indicibus T. 2. D. 3. Clerici, licet adscripti alicui Ecclesiae, non tamen obligati choro, non tenentur recitare Officia, quae in choro propria dicitur eadem die 30. Aug. 1602. Affinitate, 10. 8. Septemb. 1602. Terentio S. Francisci degentes in faculo, qui fuerint de gremio alicujus Ecclesiae, & illius Choro obligati, debent recitare Officia particularia illius Ecclesiae, secus autem si fiat de gremio, & nullatenus Choro intervenire debuerint.*

69. Episcopus Regularis debet Officium recitare, juxta ritum suae Diocesis, non vero Regulari, & occurrente festo Regulari festo Diocesis, hoc erit praesertim, 11. Jun. 1605.

70. Capellani Episcopi, qui cum eo recitant Officium, debent se illi conformare, 11. Jun. 1605.

71. Intra (11) claustrum omnino prohiberi debet celebratio Missae etiam ad communicandas infirmas, non obstante antiquissima consuetudine, 1. Decemb. 1602.

\* (11) *Meratiis non invenitur in Regestis S. C. hoc Decretum, nec sequens.*

72. Abusus antiqui in processionibus tollendi sunt cum magna cautela, ne majora scandala sequantur, 13. Maii 1603.

73. Septimum candelabrum adhibetur in Missis tantum Episcopi solemnum, (12) sed non defunctorum, 19. Maii 1607.

\* (12) *Legit ex Meratiis: Non vero in Vespere, neque etiam in Missis Defunctorum.*

74. Anniversaria & Missae de Requiem, certo die dici debent, eo impedito transferri possunt in sequentem, 19. Maii 1614. (13)

\* (13) *Item Japan Decretum a S. C. uti 23. Maii 1603. 27. Sept. 1608. 29. 4. Maii 1686.*

75. In festo duplici non sunt dicenda Missae votivae privatae aut de Requiem, 5. Aug. 1603, quod intelligendum est etiam de festo duplici translato.

76. Non sunt transferendae Missae privatae de Requiem, quae ex beneficiorum praescripto celebrandae incidunt in festum duplex, sed dicenda sunt de festo occurrente cum applicatione sacrificii juxta mentem Beneficiorum, 5. Aug. 1603.

77. Anniversaria, & Missae de Requiem, quae ex dispositione testatorum cum cantu sunt quotannis celebrandae, possunt cantari, etiam si ipsorum obitus dies incidit in festum duplex majus, 12. Nov. 1664. (14)

\* (14) *Hoc S. C. Decretum, uti ex duo precedentia approbavit Alexander VII.*

78. Missae de festo duplici celebratae in Altari pro animabus perpetuo privilegatae, & in quo proinde quotidie etiam in duplicibus celebrandae essent Missae de Requiem ex obligatione suffragantur, ac si celebratae fuissent pro defunctis juxta formam privilegiorum, 22. Jan. 1667. (15)

\* (15) *Extra Breve Alexandri VII. Credit nobis, in quodam Decretum confirmatum.*

79. Sacerdotes sive Capellani soli, sive non, qui recitant Officium semiduplex, simplex vel feriale, si celebrant in aliqua Ecclesia Regularium, in qua fit de festo duplici, non debent dicere Missam de Requiem, 9. Jun. 1668.

80. Decretum, de quo supra n. 78. extenditur etiam ad Altaria non in perpetuum, sed ad septennium, seu aliud brevius vel longius tempus, ac non omnibus, sed aliquibus tantum hebdomadae diebus privilegatae, ac proinde Missae de festo duplici, quae sive ex obligatione, sive ex sola fidelium devotione celebrantur, suffragantur, ac si celebratae fuissent pro defunctis, 23. Sept. (16) 1609.

\* (16) *20. Julii editum est a S. C. Decretum, confirmatum a Clemente IX. 20. Sept. in Brevis: Cum felicis recordat.*

81. Durante expositione SS. Sacramenti, non potest regulariter celebrari Missa de Requiem, neque cantari pro adimplenda men-

te testatoris sive Anniversario satisfaciendo, licet currat Officium hujusmodi Missas admittens, 2. Dec. 1684.

82. Cum primum habitus fuerit notitia de obitu alicujus personae, cantari poterit Missa de Requiem, etiam in festo duplici, quod non fit de praepeto, nam in hoc casu praedicta Missa erit differenda, 4. Maii 1686.

83. Decreta Imperius posita n. 78. & 80. licet comprehendant tantum festo duplici, intelligenda tamen sunt etiam de Dominicis, de diebus infra Octavas Epiphaniae, Paschatis, Pentecostes, & Corporis Christi, & de omnibus aliis diebus, quibus juxta Rubricas non possunt celebrari Missae Defunctorum, 2. Apr. 1688. (17)

\* (17) *Decretum hoc ab Innoc. XI. Brevis Alias postquam 4. Maii ejusdem anni 1688. confirmatum est, sursumque ab eodem S. C. inditum fuit 15. Sept. 1714. annuente Clemente XI. 29. ejusdem.*

84. In Vigilia Epiphaniae omnino prohibentur Missae votivae, privatae, & de Requiem, 27. Apr. 1697.

85. Cineres distribuitur in feria quarta post Dominicam Quinquagesimae debent esse aridi, non vero in modum lut. 23. Maii 1603.

86. Si processio Litaniarum majorum terminetur ad Ecclesiam S. Marci, cantetur ibi Missa de S. Marco, non vero de Rogationibus, 23. Maii 1603.

87. Vespere Defunctorum pro prima die mensis possunt dici post vespere Dominicam vel festi, 23. Maii 1603.

88. Assistens Episcopo, licet minus digni, praesentur omnibus aliis, & ante Dignitates thurificatur, 23. Maii 1603.

89. Non tenentur omnes Canonici associare Episcopum ab eo Altari, in quo Missam planam celebravit, utque ad Episcopalem, si assistere voluerit Missae Conventuali, 5. Jul. 1603.

90. Consuetudo, ut Dignitates, & Canonici, Mitra, Gremiale, Baculum, Thuribulum, & familia ministrant Episcopo, est servanda, 5. Jul. 1603.

91. Episcopus non debet in Ecclesia salutare Canonicos aperiendo caput, sed benedicendo Manu, 10. Jan. 1604.

92. Dignitates, quae habent prebendas cum onere cantandi Evangelium seu Epistolam, non tenentur ministrare inferioribus, 10. Jan. 1604.

93. (18) Si Episcopus interesse voluerit Horis Canonici, statueret debet certam adventus sui horam, qua elapsa poterit incitari Officium, 16. Jan. 1605.

\* (18) *Dispensatur in Indicibus Meratiis.*

94. Diaconus, & Subdiaconus accipiunt pacem ab Episcopo celebrante, statim post Diaconos assistentes, (3) 25. Mart. 1608.

\* (3) *Ad hoc Meratiis: Si in Missa Communionem non recipiunt.*

95. Duorum Canoniorum assistentia semper convenit Episcopo, sive celebrat, sive assistat divinis, 10. Maii 1608.

96. Dignitates tenentur assistere Episcopo cum Canonici ex debito, licet ceremoniale Episcoporum nominet tantum Canonicos, ubi non adit contraria consuetudo, 10. Jan. 1609.

97. Archidiaconus non potest assistere Episcopo in habitu Praelatio non chorali, licet sit Protosacris, 6. Mart. 1610.

98. Canonici parati assistentes Episcopo praecedunt Vicarium Generalem, & sunt ante ipsam thurificandi, 6. Mart. 1610.

99. Canonici (4) paratus debet habere locum etiam a Decano, 26. Jun. 1610.

\* (4) *Vel Presbyter paratus Officium faciens.*

100. Canonici Missam celebrantes coram Episcopo non debent sedere in sede cum postergali; sed in secano oblongo tapete vel panno cooperato in latere Epistolae, 19. Maii 1614.

101. Archidiaconus, si est prima Dignitas, debet facere officium presbyteri assistentis, si est Sacerdos & recusans cogendus est poenis & censuris, 28. Maii 1616.

102. Prima Dignitas debet assistere Episcopo celebranti, licet sit unica, 12. Dec. 1620.

103. Soli Canonici debent facere confectos circulos ante Episcopum, non autem Vicarii Generalis, 28. Sept. 1634.

104. Licet Episcopus, non celebret sed tantum assistat Missae solemni, celebrans debet ad confessionem respondere Episcopo utque ad indulgentiam inclusive, non vero simul cum illo dicere in nomine Patris, 4. Aug. 1663.

105. Ubi adest inveterata consuetudo recitandi in choro psalmos penitenciales in feris quintis quadragesimalibus post Completorium, & psalmos graduales in feris tertiis ejusdem temporis, eodem loco retineri potest, 2. Aug. 1603.

106. Non est relinquendum Officium debitum pro Officio devotionis, 29. Novemb. 1603.

107. In Ecclesia Collegiata exempta praesente uno Canonico cum Episcopo, & Abbate Collegiatae ejusdem cum suis Canonici, prius incenseatur Canonici, deinde Abbas, 7. Febr. 1604.

108. In eodem palatio non conceditur nisi unum oratorium privatum, 4. Maii 1604. (5)

\* (5) *Meratiis ignorat Decretum. Eidem invisa cetera ad 116.*

109. Non potest Abbas extra suam Ecclesiam uti Mitra, & Baculo, neque eam ante se deferre, 17. Jul. 1604.

110. Abbati celebranti unica tantum Mitra conceditur, 29. Jan. 1628.

111. Missa solemnis Abbatialis ter in anno ad summum est canenda, non tamen cum septem sed cum sex candelabris & cum abaco parvo, 29. Jan. 1628.

112. Baldachinum Abbatis sine auro fit, & ter in anno ad summum adhiberi potest, 29. Jan. 1628.

113. De licentia Ordinarii poterit Abbas uti Mitra, & Baculo extra proprias Ecclesias, 6. Dec. 1631.

114. Titulus antiquus Ecclesiae mutari non potest a Confraternitate, 26. Octob. 1604.

115. Missae ad satisfaciendum elemosinis alicui Ecclesiae traditis non sunt celebrandae per exteros, ubi comode possunt satisfieri per Sacerdotes ejusdem Ecclesiae, 28. Jan. 1606.

116. Non potest Episcopus extendere ad suam Diocesim Officium illud quod fieri solet in civitate, 16. Jan. 1607.

117. Gloria in excelsis cum Credo comittitur in votivis pro re gravi, si violatae adhibeantur paramenta, 19. Maii 1607.

118. Res gravis pro licita votiva solemnis dicantur cum Gloria & Credo, ea est, pro qua convenit totus Clerus cum Episcopo, vel apud Regulares in eorum Comitibus Generalibus seu Provincialibus, cum cantatur Missa pro re eorundem iudicio gravi, 19. Maii 1607.

119. Canonici Ecclesiae Collegiatae non debent in Processionibus incidere parati sicut Canonici Cathedralis, 19. Maii 1607.

120. Cereus Paschalis regulariter accendendus est ad Missas, & Vesperas solemnes in trigulis Paschatis, in Sabbato in Albis, & in Dominicis utque ad Ascensionem, in aliis servanda est locorum consuetudo, 19. Maii 1607.

121. Servanda est ea consuetudo, qua recitatur in choro Officium parvum B. Virginis Mariae in semiduplicibus, & Dominicis, non obstante Bulla S. Pii V. nam ibi dicitur, sine praesudicio sanctae consuetudinis, 1. Sept. 1607. (6)

\* (6) *Hoc Decretum servandum esse etiam mutato proprio Breviario accepto Romano, statuit Urbanus VIII. de consilio S. C. 16. Jan. 1617.*

122. Ad invitatorium, Antiphonas, Responsoria, & Versiculos in Officio parvo B. Mariae Virginis non additur Alleluja tempore paschali, 18. Mart. (7) 1626.

\* (7) *Corrige 28. Martii.*

123. Etiam mutato proprio Breviario, & Romano acceptato, retinenda est ea consuetudo recitandi quotidie Officium parvum B. Virginis Mariae, 2. Jan. 1627. (8)

\* (8) *Vide adducta ad n. 121.*

124. In Ecclesiis titularibus B. Mariae Virginis facienda est in suffragiis Commemoratio de eadem B. Maria, non obstante, quod in choro recitetur ejusdem Officium parvum, 13. Junii (9) 1624.

\* (9) *Imo vero 17. Junii. Idem 24. Aug. 1621. constitutum fuit.*

125. (10) Coadjutor Episcopi non debet celebrans, nisi in faldiflorio, si eque habeat Diaconos assistentes, neque Canonici praerantur, quos ponitur septimum candelabrum, 1. Sept. 1607.

\* (10) *Ignoravit hoc Decretum Meratiis. Ignoravit et sequens.*

126. Praedictus Episcopi Coadjutor non utitur Baculo nisi in ordinationibus, 1. Sept. 1607.

127. Coadjutor Episcopi celebrans praeter Diaconum, & Subdiaconum debet habere assistentem Canonicum pro libro, 7. Aug. 1627.

128. In Altari privati Oratorii, qui conceditur celebratio Missae, non potest tamen celebrari in Natali Domini, Epiphania, prima die Paschatis, & prima Pentecostes, Annuntiatione, Assumptione B. Virginis Mariae, in festo SS. Apostolorum Petri & Pauli, nec in solemnitate omnium Sanctorum, 17. Nov. 1607. quibus addit Sabbatum Sanctum.

129. Ecclesia Parochialis (11) in Diocesi venit sub nomine Matricis, antequam ideoque Regularis neque Confraternitas possunt campanas pulsare in Sabbato sancto, 9. Febr. 1608.

\* (11) *Nihil ejusmodi reperio apud Meratiis; sed solum ante Matricem non esse pulsanda a Confratris Campanas in Sabbato sancto.*

130. (12) Etiam si Collegiata habeat omnium pulsat praecedentiam supra Matricem, non tamen potest prius pulsare campanas in Sabbato sancto, 23. Febr. 1619.

\* (12) *Ad Meratiis omittitur.*

131. Simplex reconciliatio Ecclesiae seu cimiterii non consecrati potest committi Presbytero in dignitate constituto, 9. Febr. 1608. Imo simpliciter sacerdoti juxta Ritualem Romanam.

132. Prima Dignitas der candelam Episcopo in festo Purificationis B. Virginis Mariae, & Episcopus der statim prima Dignitati ante Vicarium Generalem, 14. Jun. 1608.

133. Omnes de Clero etiam Canonici, Eucharistiam sumant de manu celebrantis in feria quinta in Cena Domini, 17. Sept. (13) 1608.

\* (13) *27. Sept. legitur ex Meratiis.*

134. Sacerdotes in die eorum Dominicarum sanctissimum Christi Corpus sumpturi, possunt deferre stolum, vel ante pectus ad formam crucis, vel a collo pendentes, 30. Sept. 1679.

135. Occurrente festo S. Josephi in feria quinta in Cena Domini, antiquus mos communis Cleri in Missa solemni ejusdem diei summa religione hactenus retentus nullatenus omittitur ob aliquorum celebrationem Missarum, 13. Sept. 1692.

136. Si festum S. Josephi venerit in feria quinta in Cena Domini, non solum servandum erit praecipuum vacandi ab operibus servilibus, sed etiam praecipuum audiendi Missam, ideoque per Ordinarios locorum accurate providendum, ut eo die aliqua Missae privatae ante celebrationem solita Missae Conventualis non desint, 13. Sept. 1692. Idem dicendum, si festum Annuntiationis occurrerit in praedicta feria quinta.

137. (14) In Choro teneri non debent aliae Imagines quam Sanctorum, 7. Aug. 1609.

\* (14) *Meratiis indicit hoc Decretum 144. 145. praesentantur.*

138. Neque Abbas, neque Regularum Superiores possunt benedicere paramenta Ecclesiarum non sibi subditarum, 24. Aug. 1609.

139. Neque simplices Sacerdotes, neque Proto-Notarii possunt benedicere proprias vestes, 17. Jul. 1627.

140. Commendatario (15) seu ejus Procuratori non deferretur liber calcandus in Missa, 17. Sept. 1611.

\* (15) *Domino loci, & Commendatario Religionis Hierosolymitanae.*

141. Collegiata insignis ab ejus erectione praecedat alias Collegiatae antiquiores, 24. Mart. 1612.

142. Inferiores Episcopo non debent fumere de Altari paramenta pro Missa, 7. Jul. 1612.

143. Altare portatile ligneum cum Ara lapidea permitti debet non obstante Constitutione synodali, dummodo habeat solum Reliquiarum repositorium, 1. Nov. 1612.